

1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.
9.
10.



20
201.
16287
LXVIII

DE
PRIVATIS ET
PUBLICIS DELICTIS.

DISPUTATIO NONA.

DE ADULTERIO, STUPRO, SODOMIA,
RAPTU, INCESTU, & LENOCINIO.

QVAM
D. D. D. & D.

Præside


Viro Clarissimo & Consulissimo,

Dn. SIGISMUNDO Glach/
J.U.D.P.P.p.t. DECANO SPECTA-
tissimo, Præceptore, & Fautore suo omnis
observantia cultu prosequendo.

Publica disquisitioni subicit.

JOHAN: GREGORIUS REINHARDTUS,
SCHORNDORFFENSIS.

*Floris locoq, solitis
Mense Decembr.*



ARGENTORATI,

Excudebat PAVLVS LEDERTZ,

Anno M. DC. XXVIII.

DE
PRIVATIS ET
PUBLICIS DELICTIS

DISPUTATIO NONA
DE ADULTERIO, STURBO, SODOMIA
RAPTURA, INCANTATIONE, & ENOCHISMO

QUAM
D. D. N. & D.

Dr. SIGISMUNDUS
IUDICIS DE CANO SPECTA

JOHANNES REGIUS HERRMANNI RITUS

ARGENTORATI
Excusum in AVALIS LEOPOLDI
ANNO M. DC. XXVIII



DISPUTATIO NONA.

202

DE
ADULTERIO, STUPRO, SODOMIA,
RAPTU, INCESTU ET
LENOCINIO.

A. & RESPONDENTE

JOHANNE GREGORIO REINHARDO,
SCHORNDORFFENSI.

Præloquium.

Dertractatis quatuor Disputationibus de publ. judic. sequitur nunc quinta de Adulterio quæ quidem, si ordinem Juris aspiciamus, priores duas præmissas præcedere debuisset: quoniam verò hoc propter insperatum & præmaturum præcedentiū duorum Respondentium discessum cōmodè fieri non potuit, ideò in hoc tempus illam differre coactus fui. Brevem igitur de hâc materiâ, ut & reliquo coitu illicito disputationem suscepturus: In nomine Domini nostri Jesu Christi (quo duce ad omnes actus semper progredi debemus jubente Imperatore nostro Justin. *in l. 2. C. de offic. Præfect. Prætor. Afr.*) initium faciam.

THESIS PRIMA.

Antequam autem rem ipsam aggrediar, haud abs re me facturum putavi, si prius Etymologiam sive notationem adulterij præmittam: Est enim secundum Wes. brevis quædam nominis & rei definitio, ex qua facile res eiusq; natura dignoscitur. Dicitur vero adulterium q. ad alterum sive ad alteram quàm qui jure habetur accessio Wes. *n. 3. h. t.* sive ad alterius thorum accessus. Azo

Notario
adulterij.

Oo

in

in summ. de adult. n. 2. Host. in eod. sum. §. quid sit adulterium n. 1. v. & dicitur adulterium. Roland. cons. 74. n. 13. vol. 1. Menoch. consil. 249. n. 2. lib. 3. Farinac. q. 141. n. 2. Bermond. Choverovius (cui quoq; assistunt Farin. & Menoch. dd. ll.) comm. suo ad Rubr. de adult. n. 1. tradit, quod adulterium dicatur q. alienum uterum terens, quæ Etymologia sive notatio cum etiam in stuprum incidat, merito rejicienda est.

Definitio
adulteriū.

2. Definitur Adulterium crimen publicum. l. 30. C. h. t. l. 1. ff. de publ. jud. §. 4. l. eod. quod concubitu cum alterius uxore committitur. l. 101. d. V. S. l. 6. §. 1. l. 34. ff. h. t. D. D. Bocer. Præcept. meus honorandus. lib. 2. clas. 4. disp. 12. th. 1. Alij aliter definiunt & dicunt, quod Adulterium sit alieni thori violatio, in quorum numero Hostiens. Farinac. Wesenb. &c.

Divisio
Adulterij.
Verum
adulteriū.

3. Dividitur Adulterium in Verum & Quasi. l. 33. §. ult. l. 8. in pr. ff. h. t. l. 37. §. 1. v. dixi nec si quid. ff. de minor. VERUM ADULTERIUM est factum, quo propriè committitur Adulterium. D. D. Bocer. d. lib. 2. clas. 4. disp. 12. th. 3. Illud autem factum tribus modis committitur.

Primus
modus cō-
mittendi
verū adul-
terium.

Primus modus est, Si maritus rem habeat cum uxore aliena, quod duplex vocatur adulterium. Jul. Clar. lib. 5. sentent. §. Adulterium. n. 2. Menoch. consil. 249. n. 3. Farin. de delict. carn. quest. 141. tit. 16. n. 75. hinc jure Sax. vocatur Oberhureren. Gloss. Landrecht. lib. 2. art. 13. in verb. vnd die in der Oberhureren begriffen werden. Berlich. concl. 27. n. 7. & 23. p. 4. Arithm. lib. disput. de priv. & publ. delict. disp. 9. th. 1.

Secundus
modus.

4. Secundus modus est, Si vir conjugatus carnaliter cognoscat cœlibem sive solutam, & hoc jure Canonico obtinere communiter Dd. tradunt per c. nemo sibi blandiatur. 32. q. 4. c. 1. ducturi. 32. q. 6. Jure vero Civ. ab his personis adulterium minime committi videtur propter expressum textum in l. 6. §. 1. ff. h. t. ubi dicitur, proprie Adulterium in nupta fieri propter partum ex altero conceptum composito nomine. Petr. Heig. q. 29. n. 6. part. 2. Vult. ad §. item l. Julia de adult. l. de P. l. n. 5. Adulterium ait jure Civ. ex fœmina æstimamus, non ex viro, & id propter hanc rationem, quia is, qui cum alterius uxore consuescit, prolem reddit incertam, facitq; ut innocentes mariti sæpius inimicissimorum filios pro suis alere & agnoscere cogantur. Wes. in parat. ff. hic n. 8. vid. & Menoch. lib. 2. de

A. I.

A. I. Q. cas. 420. n. 106. & seq. & cons. 249. n. 6. Basil. Monner. tract.
de matr. c. 6.

5. Canones igitur, utcumq; maritus vel uxor habeat rem cum alia quàm cum propria conjuge, Adulterium vocant. *de c. nemo. 32. q. 4. c. non mœchaberis. 32. q. 5.* & hanc piam & veram sententiam appellat Cujac. *ad Rubr. C. h. t. & l. 1. & 2. Eod.* quam & secutus est Imp. Carol. V. *in sua const. crim. art. 120.* quæ sic se habet. Item/ daß es auch gleicher weiß/ in dem fall so ein Eheweib ihren Ehemann/ oder die Person damit er den Ehebruch vollbracht hat/ beklagen will/ gehalten werden soll. nam hæc verba oder die Person damit der Ehebruch etc. generalia sunt, & comprehendunt non solum conjugem alienam, sed etiam mulierem vacuum & solutam, quo fac. *art. 121.* Jure Würtemb. maritus cum fœmina etiã soluta adulterium committit, quando eam carnaliter cognoscit, ut liquet *ex nova constit. Ducis Ludov. de Anno 1586. §. auff den fall.* Sic & const. August. Elect. Sax. *p. 4. const. 19.* cautum est, ut & adulterium sit, si uxoratus cum solutâ fœmina se carnaliter misceat. Quanquam autem concubitus mariti cum soluta adulterium, s. Ehebruch vocari soleat, non tamen eadem, quæ concubitus cum aliena uxore (qui jure nostro propriè adulterium dicitur) reis pœna Jure Civili, etiam novissimo (*in constit. crim. Caroli V.*) constituta reperitur. vid. Heig. *lib. 2. quest. 29. n. 6. & seqq. Coll. Arg. lib. 48. tit. 5. th. 3.*

6. Tertius modus quo committitur Adulteriũ, est, quando solutus concumbit cum uxore aliena, quod proprie adulterium esse tam Jure Civili quàm Canonico, nullus negabit propter text. manifest. jam supra allegatos, & propter communem omnium DD. sententiam, in quorum numero Jul. Clar. *in d. §. adulterium n. 2.* Joann. Goedd. *cons. 28. num. 157. & 177. vol. 1. consil. Marpurg. Herm. Vultei. consil. 15. n. 208. vol. 1. consil. Marpurg.*

7. Et hæc quæ dixi locum habent non solum in muliere justè, sed etiam injustè vel minùs solenniter in matrimoniũ ductâ. *l. 13. §. 1. ff. h. t. Cujac. ad l. 23. C. Eod.* si modò is, qui cum aliena rem habet, sciverit, eam uxorem esse alterius, vel uxor sciverit, eum maritum esse alterius. *l. uxor. 7. in fin. C. de repud.* Nam adulterium sine dolo malo non committitur. *l. pen. ff. h. t.* id est, sine affectu adulterium perpetrandi, sicuti eadem prorsus ratione furtum sine affectu

Ius Würtemberg.

Ius Saxoni

Tertius modus.

Adulteriũ sine dolo non committitur.



furandi non committitur. §. 5. l. de usucap. & §. placuit. 7. l. de Obl. que ex del. nasc. vid. disp. 1. th. 13.

8. Quapropter mulier decepta ab alio, quem putat suum maritum esse, aut credens maritum mortuum, & alii sese jungens adulterium non committit. l. 11. §. pen. ff. h. t. Wes. parat. ff. h. t. n. 14. modò ea observet, quæ ab illa exiguntur. l. 6. ff. de divort. l. 7. & Auth. seq. C. de repud. Nov. 22. c. 7. & Nov. 117. c. 11. vel vice versâ vir comprimens uxorem alterius, existimans eam esse solutam, adulter nō est, quamvis pœnam stupri aut fornicationis non evitet, cum culpâ non careat, qui extra conjug. Veneri inconcessæ dedit operam. Wesemb. d. loco.

9. Nec illa mulier, quæ per vim comprimitur, adultera dici potest. l. uxor. 13. §. 7. l. 39. ff. h. t. l. f. adiff. 20. C. Eod. Menoch. de A. I. Q. cas. 354. n. 9. non tantum respectu pœnarum criminalium, sed & Civilium, nimirum amissionis dotis. Bajard. in addit. ad Clar. adulterium. n. 96. quia mens est quæ peccat, Cujac. ad d. l. 39. nullus autem adulteræ mentis affectus, nulla adulterandi voluntas adscribi potest ei, quæ vim, cui resisti non potuit. l. 2. ff. quod met. caus. passa est. Hinc volunt, mulierem, quæ vi à Tyranno vel potentiore compressa, pepererit, liberos ita susceptos utiliter hæredes instituere, eosq; matri succedere tam ex testamento, quàm ab intestato, ut not. Dn. Gothofr. ad d. l. 39. princ. h.

Q. 10. Non omittenda est hoc loco dubia quæstio, An etiam in meretricem nuptam committatur adulterium? Dd. Alij Neg. Clar. in d. §. adulterium. n. 3. Wes. in §. 3. l. de P. Iud. Farin. q. 141. n. 82. & seqq. alij affirm. Farinac. d. l. n. 74. & seqq. Menoch. d. A. I. Q. cas. 420. n. 106. & seqq. & conf. 299. lib. 3. per tot. Beust. de spons. part. 2. c. 17. Petr. Martyr. 2. Sam. c. 12. Certiori calculo receptum est, cum muliere, quæ pudicitiam passim prostituit, adulterium committi, & adulteram ordinariâ adulterij pœnâ, virū autem, qui cum ea concubuit, mitiori plectendum esse vid. Heig. de lib. 2. q. 29. n. 26. & seqq. Wes. par. ff. h. n. 6.

Q. 11. Cum verò sponsa de futuro in jure modò pro uxore habeatur, modò non, non satis expeditæ quæstionis est, An Adulterium cum sponsa committatur? Et quidem sponso jure mari-

mariti accusationem instituere de adulterio cum sponsa commisso, concessum esse rescripto Impp. tradit in *l. 13. §. 3. ff. h. t. & l. 7. C. eod.* Cujac. *lib. 16. obs. 6.* Quod autem ad pœnam irrogandam attinet, non ordinariam adulterii, sed mitiorem pœnam hic decernendam esse frequentius placuit. vid. Covarr. *in epitom. in lib. 4. Decretal. sive de sponsal. part. 1. c. 1. num. 15.* Clar. *lib. 5. sent. §. adulterium n. 8.* Heig. *p. 2. q. 28. num. 26. & seqq.* Treutl. *vol. 2. th. 6. th. 1. lit. E. maximè cum sponsa revera uxor non sit.* Wes. *in parat. h. n. 7.* Bachov. *vol. 2. d. 2. §. 32. lit. E. verb. adult. cum sponsa sicut & in l. 13. §. 3. ff. h. t. tantùm spei violatio dicitur, vid. & Farinac. d. q. 141. n. 51. Duar. ad. h. tit. cap. 2. & 6. Vult. I. R. c. 48. & c.*

12. Et hæc de personis adulterium committentibus: Accusatio nuncetiam de accusatione dicendū, quæ nimirū sit causa Effic. accusationis, qui accusare possint, corā quo iudice, quoq; loco, ordine, atq; formā illa accusatio sit instituenda, & denique intra quod tempus fieri debeat.

Efficiens Causa accusationis est perpetratum crimen adulterii, ex quo nascitur accusatio *L. Jul. de adult. ad quam instituendam ut quis admittatur, necesse est, ut annis 25. maior sit. l. 15. §. 6. ff. h. t.* Nisi matrimonium suum vindicare velit, maritus enim licet minor 25. annis sit, matrimonium suum vindicare accusando non prohibetur. *d. l. 15. §. 6. ff. eod. quemadmodum & filiusfam. licet pater eius dissentiat, hac lege reum facere potest. l. inter. 6. §. filiusfam. ff. h. t.*

Efficiens
Causa ac-
cusationis:
Qui accu-
sare pos-
sint.

13. Adulterii accusare possunt etiam extranei, *fac. §. 1. I. de pub. jud. l. 4. §. 1. ff. h. l. 1. C. eod.* Verū extraneis præfertur maritus, pater, socer, frater, patruus & avunculus, quos verus dolor ad accusandum impellit. *l. 30. C. h. t. l. 15. §. 5. ff. h. t.* maritus tamen qui vindictam proprii & maximi doloris exequitur. *l. 37. ff. eod.* præcipuū jus accusandæ uxoris habet. *l. 2. §. 8. ff. h. t.* & præfertur patri mulieris, licet ille prævenerit, atq; libellos inscriptionis deposuerit, si modo maritus non negligat, sed accusationem paret. *d. l. 2. §. 8. h. Coll. Arg. h. t. n. 13.* hæc q; ita se habent, nisi propriam uxorem prostituendo lenonem egisset, nam hoc casu sive civiliter agat, sive criminaliter, ei potest obijci exceptio lenocinii non solum ab uxore, sed etiam ab adultero adulterii accusato. extant textus: *l. 3.*

47. ff. sol. matr. l. 2. §. 2. & seqq. ff. h. l. 26. 28. C. eod. diverso tamen effectu. vid. l. 1. §. 4. & seqq. ff. h. t. Quamvis autem uxor, adulterii rea marito eam criminaliter accusanti, lenocinii crimē objecerit, ab accusatione tamen non liberatur, sed nihilominus in pœnam adulterii condemnatur. d. l. 2. §. in publico. Idemq; est, si maritum vicissim stuprum vel adulterium commisse arguat & ostendat. l. 13. §. 1. ff. h. t. Quanquam Jure Canon. maritus, qui se eodem adulterii crimine polluit, omnino ab accusatione adulterii contra uxorem institutâ repellatur. c. 1. & seqq. 32. q. 6. c. significasti in fin. & c. seq. ex literis extr. de divort. c. pen. in fin. extr. de adulter. c. discretion. extr. de eo qui cogn. consang. uxor. sua.

14. Cessante marito, cuius causa in accusando, ut dixi, semper est prior, pater admittitur, & post hunc, si & ille accusationem negligat, cæteri necessarii & propinqui. l. 30. C. h. t. inter quos ille accusator erit, quem iudex cæteris præfert. l. 2. §. fin. ff. h. deficientibus verò proximis & necessariis personis, quin jure antiquo etiam extranei jus accusationis habuerint, nullum videtur dubium, cum adulterium etiam inter publica referatur judicia. l. 1. ff. de P. I. §. 4. item lex Julia. junct. §. præc. l. d. t. quorum executio cuius è populo datur. §. 1. d. t. l. 43. §. senatus. ff. de R. N. gloss. in l. ad verb. qui accus. h. t. ubi Bartol. Salic. & Azo. C. eod. tit. An verò hodie (per l. 30. Constantini) extraneis illud jus sit ademptum? quæritur. Affir. Arum. disp. 25. ad præc. ll. th. 8. edit. poster. Bach. vol. 2. d. 32. §. 2. lit. G. qui priores illas ll. per posteriorem l. 30. abrogatas esse dicunt. Negat. Wes. parat. h. t. n. 11. Theod. coll. crim. disp. 6. th. 2. lit. E. & alij. Affirm. opinio mihi probabilior videtur, ita scil. ut constante matrimonio, uxor ab extraneis non possit adulterii accusari, vid. Cujac. lib. 20. obs. c. 22.

15. Quamvis autem Adulterium publici sit iudicii, cuius accusatio omnibus pateat, d. §. 1. l. de P. I. l. 48. §. senatus 10. ff. de R. N. l. questum est. 40. in verb. vel juris mariti vel juris publici. ff. h. t. uxor tamen virum adulterum accusare non potest. l. 1. C. h. t. licet ad separationem thori rectè agat. l. 8. C. de Repud. Nov. 117. c. 9. & hoc propter obsequium & reverentiam quam marito debet. l. un. §. cum autem. C. de rei uxor. act. l. alia. 14. §. ult. ff. sol. matr. l. sicut 48. ff. oper. libert. introductum videtur. Wes. in parat. n. 11. h. t. Canones aliter sentire & fœ.

& foeminas etiã ad accusandum mariti turpitudinẽ admittere, colligunt Dd. ex c. apud misericordiam 32. q. 1. ubi gloss. c. precipit, c. apud nos. c. fin. 35. q. 5. quos Ordinat. Imper. sequuntur P. H. D. art. 120. Wel. in parat. ff. h. n. 12.

16. Sequitur nunc iudex coram quo illa accusatio institui debeat, ubi communiter Dd. distinguunt, an civiliter de adulterio ad thori separationem & amissionem allatæ dotis &c. agatur, an vero agatur criminaliter ad pœnã corpori nocentis rei infligendã vel fisco applicandã. Casu priori, causã adulterii & ejus cognitioẽ spectare tradunt ad iudicẽ Ecclesiasticum. c. porro cum trib. seqq. extr. de divort. cum simil. Covarr. in Epitom. lib. 4. Decretal. de sponsal. c. 3. §. 6. num. 8. & c. 8. §. 12. n. 3. Clar. §. fin. quest. 37. n. 3. v. scias tamen. Dn. D. Bocer. præcept. meus honorandus. tract. de adult. c. 3. n. 20. nisi propter Vasalli adulterium agatur ad amissionẽ feudi, hæc enim ut & aliæ controversiæ feudales & contentiones inter Dominum & Vasallum exortæ, per pares curiæ dirimendæ sunt. c. un. de contr. feud. apud. par. term. 2. F. 16.

17. Posteriore casu quando criminaliter ad pœnam infligendam agitur, causam adulterii & cognitionem ipsius docent esse mixti fori, & ad utrumq; pertinere iudicem, tam Ecclesiasticũ, etiã quoad Laicos, quàm secularem. In quam sententiam de iudice Ecclesiastico aleg. text. in c. 1. extr. de off. jud. ord. De iudice seculari dubitandum non est propter text. in c. cum sit general. extr. de foro compet. text. qui de iudice utroq; extat in c. tua 5. extr. de procurat. Huic sententiæ subscribunt Alciat. in c. 1. n. 18. 22. in fin. extr. de off. jud. ord. Covarr. tit. de spons. p. 2. c. 7. §. 9. n. ult. Jul. Clar. d. q. 37. num. 3. D D. Boc. de tract c. 3. n. 21.

18. Quæstio hoc loco oritur, An si maritus contra uxorem, vel uxor contra maritum de adulterio egerit civiliter, ad thori separationem & amissionem dotis ac donat. propter nupt. possit eandem postea & criminaliter de Adulterio accusare? Neg. cū enim hæc civilis actio æquẽ ad vindictã pertineat ac criminalis, qui illã egit, non potest amplius criminalem intentare, Dn. D. Boc. d. loco. n. 22. quando enim utraq; actio ad pœnam seu vindictam tendit, tunc unã electã ad alterã transire non

Corã quo
Iudice ac-
cusatio sit
instituen-
da.

Q.

non licet, l. quod 6. in fin. l. Prætor edixit. 7. §. si dicatur. ff. de injur. Bart. in l. 2. §. 1. n. 3. ff. vi bon. rapt. Boër. decis. 289. n. 6. Dn. D. Boc. Præcept. meus honorandus. d. c. n. 23. Sic etiam Socer cum nulum adulterii accusaturum se minitatus est, postea desistere maluit, & hoc crimen civiliter persequi, ac lucrum ex dote petere, non potest accusatione illa priori deserrâ, postea civiliter de dote amissa contra eam experiri. l. 11. §. 3. ff. h. t. Apparet tamen ex N. 117. c. 8. §. quod maritus, qui uxorem adulterii criminaliter accusavit probato crimine uxorem repudiare, & dotem, certamq; partem bonorum paraphernal. lucrari possit. vid. Coll. Arg. lib. 48. tit. 5. th. 22. n. 5. in fin. Theod. Coll. crim. d. disp. 6. th. 3. lit. M.

De accusatione adulterii transigere non licet.

2.

19. Quia vero de accusatione adulterii transigere non licet. l. 18. C. de transact. l. miles. 11. pr ff. h. t. dubitari potest, Utrum factâ transactione cum uxore, accusare eam de adulterio possit? Quidam distinguendum putant inter accusationem quæ fit jure mariti, & accusationem quæ fit jure extranei, & dicunt, quod hoc jure quidem illam accusare possit non obstante transactione, illo verò non, quos alleg. & sequitur D. D. Bocer. d. c. 3. n. 28. Aliis verò maritum ne quidem jure extranei admittendum esse probabilius videtur. gl. ad l. 15. §. si negaverit. ff. h. t. Bart. ad d. l. Donell. ad l. 18. C. de transact.

20. Quod tamen supra dixi quemlibet è populo accusationem adulterii habere, non ita intelligendum, quasi promiscuè & indiscriminatim cuilibet quo modo vel quodocunq; , etiâ libet, accusationem instituere liceat, sed ita, ut certus accusandi locus, ordo, tempus & forma observetur.

Locus accusationi conveniēs

Potest autem adulterii reus conveniri non saltem in eo loco ubi commissum vel inchoatum est crimen, sed etiam in illo ubi reperitur, sive ibidem habuerit domicilium sive non Dn. D. Boc. Præcept. meus honor. d. c. 9. n. 54. & seqq. licet primus ac potissimus locus ille sit, in quo commissum est adulterium, qui etiam tantam vim habet, ut de jure communi teneantur alii judices originis sive domicilii ipsum delinquentem remittere ad judicem loci delicti, si fuerint ab eo requisiti, ut ibi contra eum procedatur, ac condignâ criminis poenâ puniatur. Nov. 134. c. 5. Covarr. pract. qq. c. 11. n. 5.

21. Verum

21. Verum quicquid sit de jure Justin. hodie de consuetudine aliter esse & communiter non fieri remissionem, tradit Clar. *lib. 5. sent. §. fin. q. 38. n. 2.* & in specie, ex consuetudine Germaniæ captivos non remitti ad locum delicti, sed in loco captivitatis forum sortiri, atq; ibid. supplicium subire testatur Gail. *lib. 1. de pac. pub. c. 16. n. 30.* addit tamen ibid. etiam, quod nonnunquam in gravioribus delictis precario & jure amicitiae, vicinitatis atq; benevolentiae remissio fieri soleat sub antigrapho, sive literis reversalibus ipsius magistratus petentis remissionem, quod scilicet ipsi remittenti quoad jurisdictionem suam nocumentum adferre non debeat, *auffe einen gegebenen Revers, oder gegebene Befandnuß.* Simili modo affirm. id Rauchb. *q. 50. n. 25.* ad quod etiam faciunt notata à Clar. *d. l. num. 21. vers. ceterum inter diversa. vid. supra disp. 1.*

22. Ordinem accusationis quod attinet non est idem jus omnibus promiscuè personis, sed quaedam in accusatione alias præcedunt, sic maritus (quem etiam supra prætulimus in *th. 13.*) omnibus est prior, quo cessante tunc demum reliqui, hoc jus accusationis habentes, ut supra *th. 14.* dixi, admittuntur.

Ordo accusationis

23. Licet autem in crimine adulterii nulla dilatio sit admitenda, propter *l. 41. d. h. t.* tamen adultera accusari constante matrimonio non potest, nisi antea maritus, lenocinii convictus esset. *l. 3. l. 26. ff. h. t.* quod tunc fit, si is deprehensam in adulterio uxorem non dimisit. *l. 2. C. h. t. l. 11. §. ult. l. 33. §. 1. ff. hic.* & hoc adulteram quod attinet, verum est, si verò de accusando adultero quaeritur, tum respondetur, constante matrimonio ab extraneo illum huius criminis postulari posse. *l. 19. vim passam. §. 1. ff. h. t.* non verò à marito adulteræ. *l. miles. 11. §. 10. ff. h. t.* quia suam ipsius allegaret turpitudinem, nec se satis à lenocinii crimine defenderet; si damnare vellet maculam atq; labem in ea muliere contractam, quam ipse adeo non damnaret, ut etiam in conjugio & lare suo retinere non vereretur. *Wes. in parat. hic. n. 16.* Jure novo tamen & constitut. princ. hic aliquid mutatum esse, & constante matrimonio tam adulteram quam adulterum à marito & proximis cognatis (qui nominatim recensentur in *l. 30. h.*) adulterii accusare posse, alios verò extraneos, quamdiu matrimonium durat, etiam ad adulterii accusationem non admitti, per *d. l. 30. C. h. & N. 117. c. 8. 9.* tradit Cuiac. *lib. 20. Obs. 22.* *Wes. hic in parat. n. 18.*

Pp 24. Por.

24. Porro in ordine accusationis venit observandum, quod hoc crimen adulterii quidem commune sit duorum, illi tamen uno eodemq; iudicio & ab eodem simul accusari non possunt: verum unus post alterum accusari debet, ita tamen, ut mors unius non possit tantum proficere, quo minus ad iudicium alter trahatur. *l. vel antequam o. & seq. ff. h. t.* Sic adulterum & adulteram simul (nam à diversis singuli possunt. *l. denunciassse. 17. §. queritur. 6. ff. d. t.*) ne iure quidem mariti accusare permittitur. *l. 15. §. fin. l. nihil interest. 32. §. 1. l. vim passam. 39. §. duos. 6. h. t. l. 1. §. accusationem. 10. vers. & qui à idem. ff. ad SC. Turp.* Excipitur 1. si adulterium incestu junctum fuerit, quo casu ambo qui illud patrarunt, accusari possunt, *l. 39. §. 7. l. 7. §. ult. ff. h. t.* 2. Si alius, qui ministerium præbuit, cum adultero vel adulterâ accusetur. *l. 32. §. ult. h. t.* 3. Si agatur coram iudice Ecclesiastico. *Gloss. singul. in c. statuit. 2. q. 5. Bajard. in addit. ad Clar. §. adulterium. n. 1. Baldus. conf. 6. n. 4.*

25. Attamen nihil refert, à quo quis velit initium facere. *l. 15. §. fin. ff. hic.* si modò adultera in viduitate perseveraverit. *l. 5. ff. h. t.* aut post repudium & denunciationem mariti, quod adulterii cū ipsa acturus sit, alteri nupserit. *l. 16. cum seq. h. t.* aliàs mulier dimissa ob adulterium, si mox alteri nupserit, & quidem ante mariti denunciationem, quod ipsi licet, si nondum adulterii accusata sit. *l. 26. ff. d. R. N. vel maritus qui eam dimisit post accusationem fuerit mortuus, d. l. 26. l. 11. §. fin. h. t.* non potest antè accusari, sed prius adulter accusandus est. *d. l. 5. in fin. l. 2. ff. h. t.* quo absoluto mulier quoq; absolvitur, nec ultrà accusari potest, utcunq; alius quàm qui adulterum accusavit, nec obtinuit, eam accusare velit. *l. 19. §. ult. ff. h. t.* utcunq; etiam per collusionem adulter absolutus sit. *d. §. ult. nisi nupta esse desierit, lex enim aliam non tuetur, quam eam quæ nupta est, quamdiu nupta manet. l. 19. §. fin. ff. h. t.* Condemnato vero adultero mulier non statim condemnabitur, sed prius aget suam causam, si postea accusatur, & fortassis obtinere vel gratiâ, vel iustitiâ, vel legis auxilio potest; fieri quippe potest, ut accusatus adulterii reus inimicitis oppressus sit, vel falsis argumentis testibusq; subornatis apud Iudicem gravatus, qui aut noluit aut non potuit provocare: mulier verò iudicem religiosum fortiatur, ac pudicitiam suam defendat. *d. l. denunciassse. 17. §. queritur, & l. adulter. §. nupta. ff. ad L. 1. de Adult.* 26. De-

26. Dispicendum nunc quoque de tempore, intra quod adulter & adultera accusari possunt. Tempus autem intra quod accusatio institui potest, non idem est in omnibus accusatoribus, sed nonnulli prerogativam habent. Sic maritus & pater adulteræ (qui jure privilegiario utuntur, quod respectivè jus patris vel mariti dicitur, & ejusmodi est, ut adulterii accusantes inscribere sese non cogantur, nec calumniæ crimen contrahant, quamvis ex nudis suspicionibus agant. *l. 6. C. h. l. 30. Eod. l. 15. §. 6. circa fin. h. t. nisi ea sit planè evidens & aperta. l. 14. §. fin. l. 30. ff. h. t.*) intra 60. dies utiles à tempore divortii in nuptâ à tempore verò commissi criminis in vidua computandos. *l. 29. §. 5. ff. h. t. cæteris omnibus præferuntur. l. 11. §. 6. d. l. 30. §. ult. ff. h. t. l. 21. C. eod. D. D. Bocer. class. 4. disp. 12. th. 21.* quibus elapsis tum demum reliqui extranei admittuntur, & quidem in 4. menses utiles. *d. l. 29. §. 6. l. 4. §. 1. ff. h. t.* quod tempus etiã marito & patri adulteræ tribuitur. *d. l. 11. §. 6. ff. h. t.* ita tamen, ut accusare usitato inscriptionis more cogantur. *l. 14. §. 1. in fin. l. 6. C. h. t. Wel. in parat. n. 18. h. t.*

Tempus
accusatio-
ni præsti-
tutum.

27. Si igitur 60. dies cum 4. mensibus conjunxeris, manifestum fiet, mulierem adulteram intra 6. duntaxat menses utiles à tempore divortii in nuptâ, à tempore verò commissi criminis in vidua computandos accusari posse, ex quo jam apparet, L. Juliam magis favere adulteræ, ut imbecilliori, quàm adultero, nam adulter non nisi quinquennio completo securus est, adultera etiam ante quinquennium completum libera esse potest, si videl. 6. illi menses utiles intra illud quinquennium præterierunt. vid. Cujac. *d. l. 5. C. h. tit.*

28. Licet autem 6. illi menses utiles sint, attamen ita computari debent, ne quinquennium, quo crimen sopitur, à die commissi criminis numeratum excedant. *d. l. 29. §. 5. l. 11. §. 4. ff. h. t. Bajard. ad Clar. §. adulterium. n. 124.* nam post quinquennium cessat, non solum accusatio adulterii, sed etiam pœna. *d. l. 29. §. 5. l. 1. §. 10. l. 15. §. 3. ff. ad SC. Turp.* Sed quæritur hic, An, si contingeret, ut quinquennio elapso 6. menses utiles nondum expirassent, mulier adultera adhuc accusari possit? Neg. propter *l. 29. §. 5. d. l. 31. ff. h. t.*

Q.

Pp 2

29. Hec



29. Hæc autem quinquennii præscriptio non statim à primo actu adulterii, sed ab ultimo currere incipit. Bajard. ad Clar. §. adulterium. n. 124. Farin. *prax. crim. quest.* 10. n. 15. & 16. nec locum habet, ubi adulterium per vim est commissum. *d. l. 29. §. ult. h. t. l. 5. §. ult. ff. de vi publ. vel incestu junctum. l. 39. §. 5. h. t.*

30. Quod verò supra dixi intra 60. dies utiles à tempore divortii computandos marito & patri adulteræ ex jure privilegario accusationem competere, post intra menses utiles extraneos admitti, ita ut tantùm 6. menses utiles à tempore divortii uxori accusandæ sint præscripti, hodiè id mutatum est, nam hodie jure non solum 60. illi dies utiles, sed etiam præscriptio illa 6. mensium amplius non observantur, Wesemb. *parat. ff. h. t. n. 18.* & solummodo quinquennii præscriptio manet, quemadmodum & Novo jure maritus sine lenocinii crimine uxorem adulteram in matrimonio retinere potest, non modò si quadam credulitate dissimulet. *l. 2. l. 29. ff. h. t. sed & si adulterii convicta & damnata fuerit, auth. sed hodie. C. h. t.* unde etiam hodie accusatio constante matrimonio recte instituitur, propter expr. text. *in auth. sed novo jure, & in Nov. 117. c. 8.* ex quib. textib. quoq; apparet, maritum à periculo caluminiæ securum non esse, si crimen non probaverit, & ex nudis suspitionibus egerit.

Forma accusationis

31. Sub accusatione adulterii reliquum est, ut videamus quâ formâ accusatio sit instituenda. Forma autem isthæc solennibus quibusdam juris beneficio comparatis tenetur. *l. 7. in verb. citra solennia accusat. C. de accusat. l. 10. in verb. solennib. te in scripti onibus astringe. C. de his qui accus. non poss. & l. non prius. 7. in verb. quâ solennibus satisfeceris. C. de calum. quæ solennia consistunt, tum in postulatione ipsius rei ante accusationem. l. 38. §. ult. l. seq. §. 2. ff. h. t. tum in legitima libelli inscriptionis sive accusationis conceptione & conscriptione. l. 3. in pr. & §. 1. ff. de accus. tum in satisfactione accusatoris, quod non solum in accusatione rei usq; ad sententiam perseveraturus, sed etiam intra certum tempus à judice præfinitum crimen probaturus sit. *l. 3. l. 7. C. qui accus. poss. P. S. D. Carol. V. art. 12. tum deniq; in ipsa accusati & accusatoris præsentia, ne scilicet accusatio fiat ab absenti. Nov. 117. Auth. sed novo jure C. ad L. Iul. de adult. vel in absentem. l. 13. §. 1. ff. de publ. jud. l. 14. C. de accusat. l. 13.*
ubi*

ubi Cujac. & l. 15. C. h. t. nisi contra eum inchoatum fuerit crimen, priusquam provinciam excesserit. l. 15. §. 1. ff. h. t. & l. 15. C. eod. l. 6. C. de accus. Verum hæc & similia, cum non sint huius accusationis propria, sed generalia, ac reliquorum criminum accusationibus communia, ut videmus per l. 7. §. 4. l. fin. ff. de accus. l. 6. C. eod. l. 10. ff. de p. jud. nec etiam hodie amplius omnia in usu sint, ut testatur Wel. in parat. ff. tit. de Accusat. n. 12. in pr. ideo non erit operæ pretium pluribus illis hac vice immorari, qui plura volunt, vid. D. D. Bocer. tract. de adult. cap. 3. Bajard. in addit. ad Clar. §. adulterium. Rosbach. in pract. crim. & alios.

32: Hactenus de accusatione adulterii, sequitur jam probatio: probatur adulterium per testes, qui deponunt, quod maritum & foeminam in ipso complexu venereo & *in eorum* deprehenderit. l. 23. pr. l. 25. h. t. D. D. Boc. d. tract. de adult. c. 4. n. 103. testes autem hic admittuntur socii, participes criminis & mulieres. Farin. conf. crim. 38. n. 2. & 11. ubi plures. infames quoque. Flamin. de Rub. h. t. c. 15. n. 7. & singulares. Muscatell. pr. crim. rubr. de privileg. & pæn. adult. num. 6. & seqq. Farin. conf. 76. n. 12. & seqq. ut ex alleg. Dd. notat Theod. Coll. crim. disp. 6. th. 3. R. quod tamen Doctorum magis traditione quam certo jure nititur, & quod detestibus singularibus dicitur, copiosè refutatur à D. Bocer. d. c. 4. n. 83. & seqq. Possunt etiã hic in testimonium adhiberi domestici. l. consensu. §. si ex plagis. C. de repud. l. 39. §. ult. ff. h. t. l. 3. l. 32. C. eod. quamvis alias testes domestici in causis decidendis planè pro inidoneis habeantur. l. 3. C. de testib. l. pen. ff. eod. §. 9. l. de testam. ord. etiam criminalibus, per text. in l. 1. §. ad quest. ubi post alios Marsil. ff. de quest. sed hoc fit propter hanc rationem, quia hic agitur de crimine quod occultè, & inter privatos parietes committi solet, de cuius veritate multò facilius per domesticos, tanquam melius informatos quam per alios constare potest, d. l. consensu. §. servis etiam. C. de repud. Optimè autem informatorum in veritate eruenda maxima habetur ratio, arg. l. 3. C. de naufr. & ita sentiunt Mascard. de probat. concl. 59. n. 20. vol. 1. Farin. de delict. carn. quest. 136. n. 45. & de test. lib. 2. tit. 6. quest. 55. num. 43. Dn. D. Bocer. Præcept. meus honor. d. tract. de adulter. cap. 4. num. 101. & seqq.

33: Cum igitur delictum hoc occultè fiat & remotis arbi-

Pp. 3

triss.

eris. d.l.8. C. de repud. adeoq; difficilis probationis sit, Menoch. d. A. I. Q. lib.2. cent.2. cas.116. n.11. fit, ut nonnunquã ex præsumptionibus adulterium probetur, & ad condemnationem perveniatur. l. 34. C. eod. Auth. si quis ei. C. eod. quod quidem verum est de iis præsumpt. quas lex pro idonea probatione habet, & super quibus ita firmum jus inducit, ut eas pro veritate habeat. Bald. in l. si ve possideris. n. 6. C. de probat. Felin. in cap.3. Menoch. de præsumpt. num.1. & alii, quos refert & sequitur Menoch. d. q.3. n. 20. alioquin, quantumvis ex urgentiss. suspicionibus crimen hoc non probetur, etsi solus cum sola in loco suspecto offendatur: aut frequentes congressiones, & furtiva conventicula nocturna: aut permissiones nuncii & literarũ amatoriarũ &c. per cap. litterarũ. 12. de præsumpt. l.3. C. h. t. D. D. Boc. lib.2. cl. 4. disp. 12. th. 44. & de adult. d. c. 4. n. 2. & pl. seqq. Menoch. de præsumpt. 41. num. 26. Farinac. consil. 70. n. 34. Treutl. vol. 2. disp. 32. th. 2. lit. F. Wes. n. 18. h. t.

34. Possunt quidem hæc præsumptiones probationem facere in causa civili, quando agitur ad separationem thori & repudium; at in iudicio criminali pro idoneo plenoq; documento ad ordinariam adulterii pœnam infligendam non recipiuntur, nam quæ in civilibus ad probationem sufficiunt, ea non propterea in criminalibus etiam plenam faciunt fidem. Dec. cons. 175. n. 6. quam sunt qui putant, in adulterio & furto ac consimilibus quæ clandestinè fiunt, momenta urgentissimarum suspicionum, ad damnandum reum valere. Boër. decis. 164. & alii, quorum tamen opinio in causis, ubi de capite hominis agitur, periculosa esse videtur.

Pœna
adulterij
est duplex
publica &
privata.
Pœna a-
dulterij
privata.

35. Jam de effectu & fine accusationis, nempe de pœna adulterii videamus, quæ vel est publica vel privata; Privatam adulterii pœnam quod attinet, Ante L. Jul. nullam certam adulteriiis pœnam constitutam, sed maiorum more, vel ex L. Romuli impudicarum mulierum coercionem propinquis mandatum fuisse, trad. Brisson. in lib. singul. ad L. Iul. de adult. cap. 2. in fin. Qui in eam pro arbitrio animadvertere, non tamen eam morte punire possent ex sent. Cui. lib. 6. obs. 25. in med. cui tamen alii contradicunt, vid. Theod. Coll. crim. disp. 6. th. 3. lit. M. Postea verò L. Jul. (non ab ipso Cajo Julio Cæsare, sed à Divo Augusto, qui etiam Ju-
lius

lius fuit dictus, quod adoptatus esset à Cajo Jul. Cæs. Gothofr. ad
l. 1. ff. h. t. lata est. l. 1. ff. h. t. Sueton. in August. n. 34.) quæ hanc pri-
vatæ vindictæ exercendæ potestatem paululum imminuit, & pa-
tri tantummodo atq; marito eam concessit, iisque non passim nec
temerè adulterum atq; adulteram occidere permisit, sed persona-
rum ac loci rationem habuit, ita tamen, ut adhuc liberius jus pa-
renti relinqueret quàm marito; patri enim datum est jus occidendi
adulterum, cuiuscunq; conditionis ac dignitatis existat, etiam magi-
stratum. l. 24. §. ult. ff. h. t. ut & Clericum. Clar. §. homicidium. n.
46. Bajard. in addit. ad Clar. d. §. homicid. n. 114.

36. Sed ut pater filiam adulteram impunè occidat, necesse
est, ut hæc requisita observet. 1. ut filiam tempore quo occidit, in
potestate habeat. l. 21. l. 23. §. 1. h. t. Damh. c. 89. n. 28. 2. ut filia nu-
pta, non vidua sit, aut virgo. l. 22. §. 1. ff. h. t. 3. ut in ipsa turpitudi-
ne & rebus Veneris deprehendat, & utrumque confestim & uno
propemodum ictu interficiat, quod si hodie unum, cras verò alterum
occidat, & unum dimittat, alterum verò interficiat, non habebit
hoc delictum impunitum. l. 23. l. 32. ff. h. t. Lex enim parem in eos
qui deprehensi sunt, indignationem requirit, & severitatem exigit,
d. l. 32. aut ergo uno impetu & uterq; occidendus, aut dimittendus,
ut & Cujac. scribit. lib. 6. obs. c. 18. nihil tamen interest, filiam adulte-
ram prius occidat pater, an adulterum, dum utrumq; occidat. d. l.
32. in pr. Quod si altero occiso alter solum vulneratus sit, impuni-
tas ei conceditur, d. l. 32. quia licet interempto adultero mulier su-
pervixerit, magis fato quàm voluntate patris servata esse videtur.
d. l. 32. Si parens filiam profugientem interposito aliquot horarum
interstitio apprehensam occiderit, in continenti occidisse videbi-
tur. d. l. 23. §. ult. sed quæritur hic: Quid facere debeat parens,
si filia sit prægnans? Et ne tunc quidem eidem parcendum vo-
lunt Flamin. h. t. c. 16. n. 4. Decian. c. 15. n. 16. c. 39. n. 27. Gilh. c. 2. tit.
18. n. 18. Contraria opinio humanior & æquior est. 1. Quia occa-
sio hæc ita permittitur, si fiat absq; læsione alterius, quod hic dici
nequit, si partus unâ, omnis culpæ exsors, non citra violationem
pietatis deleatur. 2. Nec filius pœnam luere debet, pro delicto ma-
tris. 3. quia nec prægnans eo tempore publicæ vindictæ subdi-
potest.

potest. l. 18. de stat. hom. E. multo minus privatæ. D. D. Harp. Præcept. meus honorand. ad. §. 5. n. 184. & seqq. de publ. juil.

37. Quartum & ultimum requisitum, quod hic observandum venit, est, ut pater adulterum, & filiam adulteram occidat, vel in sua, vel in generi domo. l. 22. §. 2. ff. h. t. nam alibi occidens, non impunitus manebit. l. 23. §. 3. ff. h. t. Ratio verò, cur pater non ubiq; sed saltem domi suæ vel generi impunè occidat, hæc redditur, quod majorem injuriam putaverit legislator, quod in domum patris aut mariti ausa fuerit filia adulterum inducere, & hic ipsam adulterio polluere. d. l. 23. §. 2. ff. h. t. quod si tamen pater hæc requisita excesserit, & inconsulto dolore adulterum, sive adulteram interfecerit, quamvis homicidium perpetratum sit, attamen quia dolor justus factum eius relevat, non ordinariâ L. Cornelia pænâ plectitur, sed forsan in exilium dari, aut aliâ ratione puniri potest. l. 4. C. h. t. l. 38. §. 8. h. t. l. 1. §. ult. ff. ad L. Corn. de Sicar. Et hoc jus occidendi adulteram, etiam pater adoptivus habet. l. 22. pr. h. t. aliâs nemo ex parentibus vel propinquis, ne filiusfam. quidem, vel avus, qui quamvis nepotes neptesve in sua potestate habeat. §. 3. l. de pat. pot. §. 3. l. de tut. cum simil. tamen quia patri expressè hæc occidendi potestas est concessa. l. 20. ff. h. t. in odiosis autem avus patris appellatione non continetur. l. 44. in pr. & §. 2. ff. d. R. N. fit ut neptis nec à patre eo adhuc in potestate existente, nec ab avo interfici queat. l. 21. ff. h. t. A patre non, cum eam in potestate non habeat, utpote ipse adhuc in potestate existens; nec etiam ab avo, cum patri hæc solummodo facultas sit concessa, & huic sententiæ quoq; assistit Damh. in pr. crim. c. 89. n. 23. fol. 247. Bajard. in add. ad Clar. lib. 5. sent. §. homicid. n. 170. Quanquam Paul. lib. 2. sent. scribat; etiamsi non ferant verba L. Julia, ut filiusfam. pater filiam, in adulterio deprehensam, jure occidere possit, id tamen ei permittendum esse, ut ex eo refert Cui. ad l. 22. ff. h. t. in Papin.

38. Maritum quod concernit, tantum jus ei concessum non est, nec enim uxorem adulteram. l. 22. §. 4. sed adulterum tantum occidere potest. l. 24. in pr. ff. h. t. nec quemlibet, sed eum tantum, qui leno fuerit, quive artē ludicram fecerit, in scenam saltandi causâ prodierit, judiciove publico damnatus, neq; in integrū restitutus fuerit, quive libertus ejus mariti uxorisve, patris, matris, filij,

fili, filia, utrius eorum fuerit. *d. l. 24. vers. qui leno fuerit. ff. h. t. neq;* alibi quam domi suæ. *d. l. 24. ei;* iungitur, ut si, quem per ll. licet, occiderit, uxorem sine mora dimittat, aliàs lenocinii crimē non evitabit. *l. 29. ff. eod.* Ratio verò cur patri, non etiam marito uxorem adulteram, omnemq; adulterum indistinctè occidere licet, hæc redditur; quod plerunq; pietas paterni nominis consiliū capit pro liberis: mariti verò calor & impetus facilè decernentis refrænandus fuit. *l. 22. ff. h. t.* hoc est, cum nullus sit affectus major quam parentis, ut vix, aut perrarò filia etiam adulteræ occidendæ tristissimum ministerium eum obiturum sed potius, ut parcat filia, adultero quoq; parciturum verisimile sit, *d. l. 22. §. ult. ff. h. t. l. 30. §. 8. ff. eod.* quem sine filia jure occidere non potest. *l. 20. h. t.* Idè etiam parenti plus indulgendum esse legis latores putarunt.

39. Novo jure etiam marito fuit permissum eum occidere, quem antea suspectum ter in scriptis sub præsentia trium testium admonuit, ut ab uxoris consortio abstineret, & postea cum uxore vel sua vel uxoris vel adulteri in domo, aut popinis vel suburbanis eum deprehenderit, nec distinguitur, vilisne sit, an alia persona. *Novell. 117. c. 15. & auth. si quis. C. h. t. Gloss. & Salic. in dict. auth.*

40. Si tamen maritus, legis autoritate cessante, uxorem adulteram, impetu doloris tactus, interfecerit, cum difficilè sit justum dolorem temperare, si humili loco sit, in opus perpetuum traditur, si honestior, in insulam relegatur. *l. 38. §. 8. ff. h. t. l. 1. §. ult. ff. ad L. Cornel. de Sicar. Clar. in §. homicid. num. 48. D. D. Bocer. Præceptor meus honorand. class. 4. disp. 12. rh. 31. & hoc casu etiam lucrum dotis sibi aliàs obventuræ amittit, ut Bald. Paul. Immol. & Alexand. in l. si ab hostibus. 10. col. penult. ff. solut. matrim. per illum text. tradunt: quibus adstipulatur Covarr. de matrim. tom. 1. p. 2. cap. 7. §. 7. n. 10. & 11. Sed hodiè Germaniæ moribus maritum uxorem adulteram occidentem, à pœnâ immunem esse, & dotem insuper ex pacto lucrari, tradunt Zaf. Duar. ad d. l. 10. §. 1. ff. solut. matrim.*

41. Moveri hoc loco illa quæstio potest, An possit maritus, sive pater adulteræ, hanc privatae vindictæ executioni alteri dimandare? Disting. Aut enim vult maritus, sive pater adulteræ, eam demandare tali personæ, cui omnino non potest

Q. im-

imperare; Aut tali, in quam potestatem habet. Quod attinet illas personas, quibus imperare potest maritus sive pater adulteræ, illæ, ex jussu eorum, adulterum vel adulteram occidentes, immunes sunt à pœnâ. *l. Gracchus. 4. ubi Bald. C. h. t. & Cuiac. in comment. ad d. l. 4. ubi ait: eandem pœnæ immunitatem præstandam esse filiis, qui deprehensum adulterum jussu patris occiderunt, quæ patri ipsi præstat, fortè eo viribus lapso, aut non habente manus, quod enim inquit, licet patri, licet etiam filio, imperante patre, quibus add. Francisc. Viv. commun. opin. 33. incipit. Adulteri, & Baiard. in addit. ad Clar. §. homicidium n. 178. Licet & communi opinione, quam in praxi quoq; observari Clar. lib. 5. sentent. §. homicid. num. 51. circa fin. velit: hæc executio quibuscunq; possit demandari. Clar. d. lib. 5. sent. §. fin. quest. 6. num. 16. circ. fin. An verò patri vel marito in foro conscientiæ hanc privatam vindictam exercere licitum sit? Vid. in utramq; partem disput. à Covarruv. tom. 1. de matrim. part. 2. c. 7. §. 7. n. 12. & seqq. Boer. decis. 198. Illum certè, qui vel uxoris, vel filia pudicitiam ab alio violatam, internecone ipsius in vasoris, defendit, non solum in foro civili & politico excusari ahero, per l. 1. §. 3. ff. ad L. Corn. de Sicar. Sed etiam in foro conscientiæ.*

Publica
adulterii
pœna.

42. Et tantum de privata adulterii pœna: Sequitur nunc publica; quæ privatis non est permessa, sed per Magistratum irrogatur. *arg. l. 176. ff. de R. I.* Pœna autem adulterii publica, varia apud varias & diversas gentes fuit, ut videndum apud Menoch. *de A. I. Q. lib. 2. cent. 5. cas. 419. n. 43. Farinac. quest. 141. n. 13. & seqq. Tiraquell. de leg. connub. l. 13. gloss. 1. Mascard. concl. 37. & c.* Apud Romanos quoq; non omni tempore eadem, sed gravior aliquando, nonnunquam mitior fuit; Tandem verò capitalis esse cœpit. §. *Item L. Julia. 4. Inst. de publ. iud. l. 9. l. 30. C. h. t. Cuiac. lib. 6. obs. c. 11. & 19. observ. cap. 39. & lib. 20. cap. 18. & 19. Hotom. qq. illustr. 21. Tiraquell. Farinac. de loco. quæ Jure divino probatur Deut. cap. 22. vers. 22. Levit. cap. 20. vers. 10. Exod. cap. 20. vers. 2. Genes. cap. 26. v. 10. & 11. Joh. 8. vers. 4. & c.* Sed quando Jure Civili capitalis fuerit facta hæc pœna, vide disceptantes Coras. *lib. 2. miscell. cap. 1. Brisson. lib. singul. ad L. Jul. cap. 2. Covarr. d. cap. 7. §. 7. n. 24. & seqq. Farinac. d. locor.*

Loco. Hotom. Balduin. in §. Item L. Iul. 4. Inst. de publ. Iud. Menochi. d. cas. 419. n. 58. & seqq. Cuiac. d. loco. Fabr. lib. 2. conject. cap. 20. & alios. Postea Justin. constituit in Novell. 134. cap. 10. ut mulier adulterii damnata, verberibus castigata, in monasterium detruderetur, & si maritus intra biennium eam non recepisset, perpetuò in eo manere cogeretur.

43. Hanc pœnam capitalem approbavit etiam Carol. V. in P. S. D. art. 120. ubi ita loquitur. So ein Ehemann einen andern umb des Ehebruchs willen / den er mit seiner Ehefrauen vollbracht hat / heimlich beklagt / vñnd dessen oberwindt / derselbe Ehebrecher sampt der Ehebrecherin / sollen nach sag vnserer vrsahren vñd vnser Kayserlicher Recht gestrafft werden. Sed An Imperator voluerit quoque adulteram capite plecti, quæritur? Hoc quidem nonnulli statuunt, sed haud scio, an illud ex verbis illis, sollen nach sag vnserer vrsahren vñd vnser Kayserlichen Rechten gestrafft werden / necessariò deduci possit: quidni enim æquè de pœna Justin. noviss. quâ constitutum est, ut mulier adultera in monasterium detrudatur, Myns. & Vult. ad d. §. item L. Iulia Inst. de publ. Iud. intelligi possit, non video. Communiter tamen D D. capitis pœnam ad utrumq; sexum Constitut. Carol. d. art. 120. produci: nec differentiam, hac in re inter mares & fœminas à Justin. in N. 134. c. 10. (de qua §. præcedent.) introductam, moribus usurpari scribunt. Apud Saxones cum Monasteria in plerisq; locis aliis Sacris aut prophana-
Ius Saxon-

44. Cæterum hodiè vel consuetudine, vel lege municipali in plerisq; regionibus & Rebus publ. non rarò pœnam adulterii capitalem, cum pecuniariâ aliâve mitiori commutari, magno Reipubl. malo, videmus. Fichard. 2. tom. conf. 112. Mynsing. ad d. §. 4. Inst. de publ. Iud. Petr. Heig. q. 29. n. 76. Boer. decis. 296. in fin. Dn. D. Harprecht. Præceptor meus honorand. ad d. §. 4. Inst. de publ. Iud. n. 35. quâ de re admodum conqueritur Clar. §. adulterium. n. 7. & malum esse,

Qq 2

Ius Wür-
temberg.

esse, ob quod Respubl. informatione indigeat, scribit. Jure Würtembergico novissimo, adulter atque adultera, qui primum se hoc crimine contaminarunt, quatuor septimanarum carcere & honoris privatione plectuntur, ita ut eo tempore aqua solum & pane cibentur, quod si post primam coërcitionem denud adulterii crimine se polluerint, mares quidem pœnâ gladii afficiuntur fœminæ vero suffocantur. Et hoc jus à Duce Ludovico Sanct. recordat. constitutum ac publicatum fuisse Anno 1586. eoq; derogatum aliquatenus fuisse, Fürstl. Würtemb. LandesOrd. Tit. vom Ehebruch. p. 203. & seq. testatur Dn. D. Bocer. Præcep. meus honorand. de adult. d. c. ult. n. 85.

45. Hanc pœnam publicam sequitur quoq; privatio dotis, & donationis propter nuptias. l. 8. §. 5. & 11. C. de repud. & Novell. 117. §. c. & auth. novo jure. C. d. t. l. 47. ff. solut. matrim. c. plerumq;. Extra de donat. inter vir. & uxor. ex quibus locis intelligitur, quod uxor adultera dotem & donationem propter nuptias amittat, eaq; marito assignanda sit; quodq; marit^o adulter ad dotis restitutionem cogatur, & donatione propter nuptias privetur; Et insuper ex dd. ll. si liberi non adsint, tantum accipiat maritus ex aliâ quoq; uxoris adulteræ substantia, quantum dotis tertia pars esse cognoscitur; Si verò adsint liberi, maritus adulteræ liberis dotem, aliamq; mulieris substantiam conservare jubetur; Et vicissim uxor mariti adulteri, liberis existentibus, eadem ratione donationis propter nuptias solo usu frui permittitur, proprietate filiis servandâ, reliqua verò mariti bona ejusdem liberis concedantur. d. Novell. 117. cap. 8.

Ius Wür-
temberg.

46. Quod si donatio nulla facta sit propter nuptias, neque dotalia instrumenta subsecuta sint, mulieri quarta pars substantiæ mariti adulteri (perindè ut nonnunquam marito mortuo. auth. præterea C. unde vir & uxor.) & vicissim marito, quarta bonorum uxoris adulteræ defertur. N. 22. c. 18. Novell. 134. c. 10. l. fin. C. de repud. reliquis bonis ad liberos aut proximos hæredes ascendentes, iisq; deficientibus, ad fiscum aut monasterium redeuntibus. d. Novell. 134. c. 10. Wes. parat. ff. h. t. n. 19. in fin. Jure Würtembergico nulla dote aut donatione propter nuptias constituta, conjux ex conjugis adulteri sive adulteræ substantiâ quartam bonorum partem capit. Fürstl. Würtemb. Landrecht. p. 2. tit. 32. Dn. D. Bocer. Præceptor meus honorand. d. c. ult. n. 32.

47. Et

47. Et hæc quidem obtinent, non solum quando criminaliter, sed etiam quando civiliter de adulterio actum est. *l. 38. l. 47. solut. matrim. l. 11. §. 3. ff. h. t. l. ult. C. eodem. d. l. 8. §. 4. C. de repud. Novell. 22. cap. 15. & 16. p. 97. & seqq. Coler. decis. 176. num. 4. Tiraquell. d. ll. connubior. in l. 1. n. 45. Menoch. cas. 419. n. 68. & seqq. Dissent. quidam. Bartol. in d. l. miles. 11. §. 3. in fin. ff. h. t. & eum secutus Alexand. in l. rei judicata. 15. n. 33. ff. solut. matr. putantes, quod maritus si agat ad separationem thori civiliter, non lucretur dotem uxoris adulteræ, sed si criminaliter agat: verum juris autoritas contrarium statuit. *c. 4. extra. de donat. inter vir. & uxor. & Bartol. opinion. refutant Roman. in l. 38. n. 23. ff. solut. matrim. Alexand. in l. 47. n. ult. ff. d. t. & consil. 189. n. 8. lib. 6. Menoch. consil. 31. n. 31. lib. 1. Julius Clar. in §. adulter. num. 13. in fin. Dn. D. Bocer. Præceptor meus honorand. d. c. ult. n. 33.**

48. De bonis adulteræ paraphernalibus, (quæ scilicet ultra dotem attulit marito, ejusque administrationi concessit expressè vel tacitè. *l. 8. 11. C. de pact. convent. Guid. Pap. decis. 248. in Gloss. lit. e.*) quæritur: An his quoque privetur uxor, eaque marito cedant? Et licet ea quoque adulteram amittere communiter sit receptum, prout huius sententiæ patronorum Catalogum longum ponit Rauchb. p. 1. q. 47. n. 11. Contrariam tamen sententiam firmioribus niti fundamentis dicit & probat idem Rauchb. d. loco. Cui etiam subscribo propter Novell. 117. cap. 8. §. quia verò plurimum. & Novell. 134. cap. 10. §. si quando. & alia quæ ibi add. quibus in locis quidem de amissione dotis, & donationis propter nuptias agitur, at de amissione omnium paraphernalium nihil disponitur, unde verisimile est, quod juris compositores idem de paraphernalibus constituere noluerint. *arg. text. in l. 71. §. non dixit prator. 5. ff. de acquir. hereditat. Tiraquell. in l. 8. vers. liberis. n. 3. & seqq. C. de revocand. donation. Dn. D. Bocer. Præcept. meus honorand. c. 5. n. 37. & seqq.*

49. Hactenus de facto, quo propriè adulterium committitur, ejusque accusatione, probatione & pœna, qua coercetur, dictum est: requirit nunc ordo, ut etiam de illo facto aliquid dicamus, quo propriè & verè quidem adulterium non committitur, juris tamen autoritate pro adulterio habetur,

72

Q.

Quasi
adulterium.

Q 3

&

Quando
committitur
quasi
adulteriū.

& quasi adulterium vocari potest. *fac. l. 8. in pr. l. 33. §. ult. ff. h. t.*
Ejusmodi autem factum est, si quis adulterii damnatam sciens
uxorem ducat, vel in adulterio deprehensam non dimittat. *l. 29. §. 1.*
l. 37. §. 1. ff. h. t. aut quæstum ex adulterio uxoris suæ faciat. *d. l. 29. §. 3.*
vel si quis pretium pro comperto adulterio accipiat. *l. 9. l. 17. C. h. t.*
tum etiam si uxor ex adulterio viri pretium capiat. *l. 33. §. ult. ff. h. t.*
si quis item domum suam crimini adulterii committendo præbeat.
l. 8. & seq. ff. h. t. aut ope consiliove faciat, ut vir fœminave in adulte-
rio deprehensa peccuniâ, vel aliâ pactione sese redimat. *l. 14. in pr.*
ff. h. t. vel tutor pupillam suam aut curator adultam intra 29. annum
ducat uxorem, non desponsatam à patre, vel destinatam in testamē-
to. *l. 7. ff. h. t.* vel concubina, quæ nomen matronæ inconcubinatum
se dando non amisit: pudorem suum alienis libidinibus prosternat.
l. 13. in pr. d. t. Quia verò pleræq; hæc species magnam vel cum stupro,
vel cum lenocinio similitudinem habent, pluribus de iis *θ θ. seqq.*
agam.

Definitio
stupri.

50. Et hæc de prima illiciti coitus specie, nimirum
de adulterio: à quo proximum locum habet stuprum, quod
est secunda species, & definitur, crimen publicum, concubi-
tu cum virgine aut viduâ honestè vivente commissum.

Stuprum est
duplex vo-
luntarium
& violentum.
Stuprum,
volunta-
rium.

Ius VVür-
temberg.

*§. 4. l. de publ. iud. l. 6. §. 1. l. 34. §. 1. ff. h. t. l. 101. de V. S. cap. lex illa. §. stu-
prum. 55. quest. 1. Mynf. Schneid. & Vult. ad d. §. 4. Inst. de publ. iud.
& Jurisprud. Roman. lib. 1. cap. 48. num. 44. & 51.* Estque duplex,
Voluntarium & Violentum. *Damhoud. cap. 92. n. 34. Althuf.*
in Jurispr. Roman. lib. 1. cap. 8. Voluntarium est, ubi sine vi virgo
aut vidua corrumpitur. *§. 4. Inst. de publ. iud.* Committitur autem hoc
stuprum, 1. Si quis fœminam consuetudinis vel cupidinis causâ,
non matrimonii, continet. *l. 34. pr. h. t.* 2. Si maritus cum virgine
aut vidua concumbit. *l. 18. C. h. t. l. 6. §. 1. d. l. 34. ff. h. t. Dn. D. Bocer.*
*Præcept. meus honorand. class. 4. disp. 12. th. 8. & th. 41. Clar. in §. adul-
terium. num. 2. Wes. parat. ff. h. t. n. 20.* quod quidem Jure Württem-
bergico pro adulterio habetur, sed pœna mitior est eo loco. *Dn. D.*
Bocer. d. loco. 3. Si quis cum fœmina soluta, non conjugata nuptias
contrahit, vivo adhuc priori conjugate. *d. l. 18. C. h. t. Wes. parat. h. t.*
num. 8. & hoc Jure Civili verum est, at Jure Canonico hoc crimen
pro

pro adulterio habetur. *cap. gaudemus. 8. §. quia verò, extr. de divort. c. cum haberet. 5. extr. de eo qui duxit in matrimon. quam poll. quin imò gravius adulterio crimen esse dicitur, & eadem, quàm adulterium, pœnâ plectitur in Const. Carol. art. 121.*

51. Ut autem omne crimen, de quo in publico Judicio quis accusatur, sic etiam stuprum indubitatis & luce clarioribus exemplis probandum est. *l. ult. C. de probat. Quæ autem talia sint, ex iis, quæ supra de probatione adulterii dicta sunt, colligi potest. vid. etiã Mascard. post alios de probat. vol. 3. concl. 1337. num. 1. & 2. Inter ea verò non reputatur, si quis tempore nocturno ad fœminam furtim accedere visus, vel etiam interdium per plana & nemora, vias, in via, sæpius cum muliere vagatus sit, cap. 13. & seq. §. quocirca mandamus. extr. de præsumpt.*

52. Pœna quæ stupratoribus irrogatur, in Jure Civili est coercitio corporis cum relegatione, si humiles sunt personæ, quibus infertur stuprum. *§. 4. Inst. de P. I. Clar. §. stuprum. num. 4. si verò honestæ sunt, publicatio dimidiæ partis bonorum. d. §. 4. l. de publ. jud. severior Jure Divino. Genes. 38. In quo alibi præcipitur, ut dotetur, & in matrimonio habeatur corrupta. Exod. 22. Deut. 22. Jure Canoico jubetur aut ducere in uxorem violatam, aut pro conditione dotare. c. 1. ubi DD. extr. de adult. Clar. §. stupr. n. 3. lib. 5. Sed hæc pœna quoq; pro qualitate personarum & modo delicti nunquam exasperatur. Petr. Gregor. 36. Synt. 9. veluti in tutore pupillam stuprante, cui confiscatio bonorum, & deportatio infligitur. *tit. Cod. si quis eam cujus tutor. Novell. Leon. 34. aut si puella nondum viripotens fuerit, cui gladii pœna indicitur. Col. decis. 176. n. 116. item commentariensi, cui eandem pœnam indistinctè, quæ tutori, sive stuprata honesta, sive vulgaris fuerit, infligendam esse, putant Paris de Put. de Synd. rubr. adult. cap. 1. num. 2. & 5. Clar. §. forn. num. 24. Menoch. cap. 292. item in monialibus: jure enim civili eorum pudicitiam non modo corrumpens, sed & attentans simpliciter capite punitur. l. 5. C. de Episcop. & Cler. item si hoc stuprum cum incestu committatur. l. 38. §. 1. & 2. h. t.**

53. Ad stuprum voluntarium porrò refertur Sodomia: quæ est nefanda libido exercita contra naturam, vel generis: si vimirum homo cum bruto sese commiscet. *Menoch. cap. 286. vel*

Probatio
stupri vo-
luntarij.

Pœna stu-
pri volun-
tarij.

Sodomia.

vel sexus: si mas cum mare, aut foemina cum foemina congregi-
tur. l. 31. C. h. t. d. §. 4. l. de Publ. Iud. Clar. d. §. forn. num. 28. Damh.
cap. 96. num. 10.

Pœna So-
domiæ.

54. Pœna huius sceleris mors est, & quidem Jure Justinea-
neo huius criminis reus gladio punitur. d. l. 31. C. h. t. l. 1. §. qui puero.
ff. de extraord. crimin. d. §. 4. Inst. de publ. Iud. at Jure Carolino ignis
supplicio afficitur. P. H. D. art. 116. Jus divinum etiam gravissimâ
pœnâ hoc scelus persequitur. Levit. 18. vers. 22. & seq. & c. 20. vers.
13. Roman. 1. vers. 26. & seqq. Deut. cap. 22. vers. 13. cap. 27. vers. 21.
Judic. cap. 19. vers. 22. Et Jus Canonicum. cap. 32. q. 7. c. 15. q. 1. Clar.
d. loco. num. 4. Damhoud. cap. 96. n. 3. Menoch. arbitr. jud. cas. 286.
num. 10. Boer. decis. 316. In hoc etiam crimine atrociss. non consum-
matio actus, sed voluntas & conatus actui proximus graviter puni-
tur. arg. l. 5. C. de Episcop. & Cler. l. 1. §. ult. ff. de extraord. crimin. cap.
ut Cler. de vita & honestate Cler. Damhoud. cap. 96. n. 16.

Stuprum
violentū

55. Stuprum Violentum (Germanicè Nohtzucht) est,
si per vim virgo aut vidua corrumpitur. l. 29. §. ult. h. t. Const. Carol.
art. 119. Dn. D. Harprecht. Præcept. honorand. ad d. §. 4. Inst. de publ.
Iud. licet stupratae consensus ac voluntas ex post facto superveniat.
Bajard. ad Clar. in §. stupr. n. 37. Gilhaus. arbor. crimin. tit. 22. de stupr.
violent. n. 3. per virginem autem hîc intelligitur non solum ea, quæ
viri potens est, sed etiam & multò magis illa, quæ nondum ætate
matura. l. 38. §. 3. ff. de pœn. veluti cum quâ stuprum non adhibitâ vi
commissum, graviori multò, quàm aliàs, pœnâ afficitur. d. l. 38. §. 3.
vid. Treutl. disp. 32. thes. 3. vol. 2. lit. F. Wes. n. 22. h. t. Fab. in §. 4. Inst.
de Publ. Iud.

Pœna stu-
pri violenti.
Ius Saxon.

56. Stupri violenti pœna est capitalis. l. 5. §. ult. de Extra-
ord. crim. Const. Carol. art. 119. Wes. n. 21. in fin. Bajard. ad Clar. §.
stuprum. n. 27. Jus Saxon. 3. Landr. art. 1. Constit. Elect. 30. p. 4. ubi
etiam delictum hoc in meretrice commissum eâdem pœnâ mortis
puniri jubetur, quæ pœna tamen mitigatur, si conatum effectus
non sequatur. Const. Carol. d. loco. Clar. in §. raptus n. 4. Menoch.
arbitr. jud. cas. 291. in fin. & cas. 360. num. 3. & cas. 288. n. 103. Vigel.
cap. 6. q. 7. aut si quis violentiam in ingressu in domum, vel cubi-
le, non verò in concubitu fecit. Gilh. tit. 22. n. 4. Decian. tract. crim.
lib. 8. c. 15. n. 3. tom. 2.

57. Species

57. Species violenti stupri est Raptus Virginum: raptus autem est crimē publicum, quo fœmina vel matrimonij, aut libidinis explendæ causâ, Farin. q. 145. n. 75. Mascard. *conclus.* 1235. n. 35. per vim, promissa, pretium, verba persuasoria, blanditias, insidias aut alias artes. *l. un. C. de rapt. Virg.* (quæ coactioni æquiparantur. Farin. q. 147. n. 34. de loco ad locum deducitur. *d. l. un. §. 2. de rapt. Virg. Novell.* 134. cap. 1. quod crimen adulterio gravius est. Farin. q. 145. n. 1. Decian. *lib. 8. c. 7. & 11.* nihil autem refert, si hoc fiat consentiente siue dissentiente fœminâ. *d. l. un. §. 2.* Constit. Carol. *art. 118.* in verb. *Buangesehen ob die Ehefraw oder Jungfraw ihren willen darzu gibt.* Dn. D. Harprecht. *Præcept. honor. ad §. 8. Inst. de publ. jud. n. 13. & seq.* Nec obst. hic *l. 1. §. 5. ff. de Injur.* Quod volenti non fiat injuria: utcunq; enim rapta, ut volenti non fiat injuria, tamen & parentib. & marito & Reipub. fit injuria. *Coll. Arg. h. t. th. 27.*

Raptus definitio.

58. Per fœminæ deductionem intelligitur hic etiam virgo, vidua, aut sponsa ipsius quoq; raptoris, siue laica sit, siue sanctimonialis, siue libertina, siue serva, siue ingenua. *d. l. un. C. de rapt. Virg. Nov. 143.* dummodo sit honesta, nam in meretricem hoc crimen non committitur, nisi è meretriciâ vitâ pedem tulerit, & honestè vivere cœperit: tunc enim ultima consuetudo foret attendenda, *fac. l. 23. in pr. C. de nupt. ut trad. Hippol. de Marsil. ad d. l. un. C. de rapt. Virg. num. 20. & multis seqq.* sed an hoc etiam intelligatur de meretrice nuptâ, vid. disceptant. *Clar. in §. rapt. Menoch. cas. 291. n. 11. & seqq.* Farin. q. 145. n. 172. & seqq.

Q.

59. Hujus criminis pœna varia est, Primò enim non solum parētibus, & marito, sed etiam consanguineis, tutoribus & cura-

Pœna Raptus.

60. Sed si raptor ex prædictorum manibus effugerit, post

R r ea

cies



eâ deprehensus, capitis supplicio sive gladij pœnâ afficitur: ut & comites, complices, administri, auxiliatores & eorum receptatores, sive masculi sive fœminæ, cuiuscunq; etiam dignitatis, conditonis aut gradus sint. *l. 54. C. de Episc. & Cleric. d. l. un. C. de rapt. Virg. Nov. 143. in pr.* aliquando etiam pœna exasperatur, uti si quis servilis conditionis ministerium præbuerit; in hoc enim ignis pœna locum habet. *d. l. un. in fin. C. de rapt. Virg.*

61. Huic pœnæ capitali adhæret quoq; alia pœna, nimirum: ademptio omnium bonorum, tam immobilium quàm mobilium, quæ parentibus raptæ virginis, aut ipsi raptæ assignantur. *d. l. un. C. de rapt. Virg. §. 8. Inst. de publ. jud. d. Novell. 143. pr. vers. & super alias pœnas & vers. sed mirati sumus. Menoch. lib. 2. cas. 29. Farinac. q. 145. n. 10. & 11. Petr. Gregor. lib. 36. Synt. c. 8. vel illis deficientibus fisco. d. Nov. 143. & Nov. 50. d. l. un. §. 1. & 2. quæ pœna locum habet, et si ea, quæ vi rapta est ab initio ex postfacto autem sponte consensit. d. Nov. 143. d. Nov. 150. Farin. de loc. n. 130. 131. & seqq. Mascard. concl. 1253. Decian. lib. 7. c. 7. num. 20. c. 13. num. 46. & 47. item in raptu prætextu matrimonij initi facti. Clar. in §. rapt. n. 3. Farinac. d. loc. n. 22. 84. 86. & seqq. nec non in ministris hujus sceleris, qui raptores in ipsâ invasione & rapinâ comitati sunt (non etiam in reliquis ministris ac consciis.) *d. l. un. §. 2. l. 54. §. ceteros C. de Episc. & Cler. d. l. un. Decian. late cap. 9. lib. 8. Menoch. cas. 36. n. 32. Farin. q. 145. n. 196. & seqq. Mascard. d. loc. n. 36.* Si verò sanctimonialis fœmina sit rapta, bona raptoris ejusve comitum, monasterio aut Ecclesiæ, cui consecrata est illa, addicuntur, ita tamen, ut ex his rebus ipsa usum fructum vel solatium sufficiens habeat, dum vivit. *d. l. 54. vers. bona autem & vers. seq. de Episc. & Cler.* sed si ancilla rapta fuerit aut libertina, raptoris bona nullam diminutionem patiuntur. *d. l. un. §. 1. C. de rapt. Virg.**

62. Aggravat & hoc raptus pœnam, quod raptor, ubicunq; reperiatur, abiq; ulla fori, aut temporis (quo aliâs stupri aut adulterij accusatio finitur) præscriptione puniri possit. *d. l. un. §. sin autem post commiss. C. de rapt. virg. l. 5. §. ult. ff. de vi publ. l. 29. §. ult. ff. h. t.* nec illi condemnato appellare liceat, *d. l. un. in fin.* Item quod raptæ virgini denegetur facultas nubendi raptori. *d. l. un. §. 1. v. ibi nec sit facult. Nov. 143. ib. sancimus ita. & Nov. 150.* Quod si ei nubat, raptoris & au-

& auxiliatorum bona amittit; quæ parentibus ejus tribuuntur, non consentientibus illis nuptiis: nec quicquam ex Testamento raptoris, vel alio modo ex bonis ejus accipere potest. *d. Nov. 143.* quod si parentes consenserint huic sceleri, fisci juribus vindicantur illa bona, & parentes deportationis pœnâ plectuntur. *d. l. un. §. 2. in fin. d. N. 143. & d. N. 150.* Idem etiam obtinet, si raptor cum rapta ejulve parentibus transegerit, tunc enim parentes patientiam præbentes & dolorem remittentes deportantur bonis raptorum fisci juribus addictis. *d. l. un. §. 2. in fin. d. N. 143. ib. sed parentes. d. N. 150.* Dn. D. Harprecht. Præcept. honor. ad §. 8. *Inst. de pub. iud. n. 9.* Indeque multò magis denegatur parentibus istis accusatio. *fac. l. 5. §. ult. ff. ad L. Jul. de vi publ.*

63. Mitigari autem solent hæ pœnæ in raptore, (1) si rapta per eum fuerit cognita. *Farinac. conf. 33. in addit. lit. c. (2) si mulierem non matrimonii aut libidinis, sed ex alia quacunq; causa rapuerit & sine dolo, maximè si id raptæ fuerit utile. Gilh. tit. 23. n. 8. v. 6. & 8. §. 42. n. 34.* (3) Jure Canon. si quis sponsam matrimonij consummandi volentem, aut etiam invitam non sponsam matrimonij contrahendi gratia rapuerit, quæ tamen matrimonio postea consensum præbeat, valet matrimonium, & raptus excusatur. *c. pen. & c. ult. de raptor. Decian. tract. crim. lib. 8. c. 8. num. 46. & seqq. Gilh. d. n. 8. v. 10.* Dn. D. Harpr. Præcept. honor. ad d. §. 8. *Inst. de pub. iud. n. 41.* (4) si putaverit raptam meretricem esse. *arg. d. l. un. pr. C. de rapt. Virg. & Const. Carol. 118.* (5) si raptam carnaliter non cognoverit, dum potuit, sed honestè eam tractaverit, *arg. d. l. un. in pr. ibi. maximè cum virginitas. Gilh. d. t. 23. num. 6. & 7. Treutl. disp. 12. th. 3. Clar. §. raptus. num. 4.* (6) si propriam uxorem rapuerit. *Bl. ad d. l. un. C. de rapt. Virg.* (7) si quis minor 16. vel 18. annis rapuerit. *Gilh. d. n. 8. v. 11.*

64. In auxiliatoribus cessant hæ pœnæ (1) quando quis ignorans accesserit, & interfuit huic delicto, aut vocatus, qui tamen, quid agendum esset, ignoravit, (2) si consilium, quod ante dedit, revocaverit, & pro virili delictum hoc postea impediverit (3) si quis ignorans acceptaverit aut parentes suos & propinquos &c. de quibus omnibus vid. *Dec. lib. 8. c. 13. per tot. Theod. Coll. crim. disp. 6. th. ult. in fin.*

R r 2 65. Se-



Incestus. **65.** Sequitur nunc crimen Incestus, quod cum af-
fine vel cognatâ, quam aliâs in matrimonio habere quis jure pro-
hibetur, committitur. *c. 33. q. 1. l. 8. 39. & seq. ff. ad L. Iul. d. adult. l. fin.*
Incestus duplex est I. G. & I. C. Incestus I. G. est, qui committitur cum iis, à quorum con-
I. G. junctioe naturalis ratio & pudor abhorret, veluti cum ascenden-
tibus & descendantibus in infinitum, aut cum illis personis, qui
parentum liberorumq; loco habentur, vel ratione sanguinis. *l. 53. l. fin. ff. d. R. N. §. 1. l. de nupt. ut sunt parentes & liberi naturales, sive na-
turales tantum, sive spurii & incestuosi; itemq; fratres & sorores &c. Vel ratione affinitatis. l. fin. ff. de condict. sine caus. ut vitricus & privigna, noverca & privignus, socer & nurus, focrus & gener: non verò ex sola ratione civili, veluti adoptivus pater & filius, inter hasce enim personas, licet inutiles sint nuptiæ, non tamen incestæ. d. l. fin. d. R. N.*

Incestus I. C. **66.** Incestus juris civilis, contrahitur inter illas perso-
nas, quarum conjunctioni juris tantum Civilis prohibitio obstat, quales sunt illi, qui cognatione Juris Civ. per adoptionem sibi in-
vicem junguntur, itemq; cognati & affines alii, qui sibi invicem parentum & liberorum loco non sunt. *d. l. ult. d. R. N. & d. l. ult. ff. de condict. sine caus. l. 38. in pr. ff. ad L. Iul. de adult. vid. Cujac. in parat. C. de incest. & inutil. nupt. D. D. Bocer. d. disp. 12. th. 51.*

Pœna in-
cestus. **67.** Hoc autem incestus crimen non quinquennii, ut adul-
terii, sed vicennii demum præscriptione excluditur. *l. 39. §. 5. ff. h. r. l. 12. C. ad L. Corn. de fals. nec adversus unum tantum, sed duos simul intentari potest. d. l. 39. §. 7. ff. h. r. Et si quis per adulterium commiserit hoc crimen, gladio punitur. l. 30. C. ad L. Iul. de adult. fac. l. 5. ff. d. qq. Si verò per stuprum Juris Gentium fuerit commissus incestus, dubitatur, an etiam pœnæ gladii locus sit? & communiter Dd. incestum etiam capite puniri, ut adulterium volunt. *arg. l. 38. §. 1. & 2. ad L. Iul. de adult. Damhoud. prax. verum crim. c. 94. n. 3. ad L. Iul. de adult. Jul. Clar. lib. 5. sent. §. incestus. num. 2. quam pœnam incestus præsertim inter cognatos in linea recta commissi, usu observari, passim Dd. testantur. Licet ea nullâ lege Civ. expressè constituta, itemq; usu potius quàm certo jure inducta sit. Pœna incestus*
in*

in jure Civ. expressa est deportatio, si cum stupro conjunctus sit, l. 5. ff. de quest. Eadem poena etiam & bonorum confiscatio irrogatur incestuosas nuptias contrahentibus. in Auth. incestas. C. de incest. nupt. N. 12. cap. 1. vid. N. 139. c. 1. N. 154. & c. Sed & in incestu, qui per adulterium fuerit contractus, etiam de servis quaestio in dominum incesti postulatum haberi potest. d. l. 39. §. ult. d. l. 5. ff. de qq. aliis in nullo alio. l. 4. ff. d. r. d. l. 39. §. ult.

68. Adimuntur quoque illis bona, qui crimen incestus contraxerunt, eaque justis liberis, si extant, addicuntur, iis vero deficientibus, fisco applicantur. d. Nov. 12. c. 1. Nov. 139. cap. 1. Nov. 154. l. 6. junct. Auth. incest. nupt. C. de incest. & inutil. nupt. vid. Cujac. ad d. N. 12. cap. 1. Fichard. cons. 68. tom. 2. & consil. 112. tom. 2. sed Q. hic, utrum etiam illis liberis, qui ex tali nefario incestu procreati sunt, alimenta debeantur? Neg. hoc Jure Civ. N. 89. cap. 15. Verum Jure Canon. illis alimenta deberi Dd. tradunt per text. in cap. cum haberet in fin. Ext. de eo quae duxit in matr. quam poluit. Gail. lib. 2. obs. c. 55. n. 4. & 5. Beust. de matr. c. 63.

69. Poena incestus non tantum in mare, sed etiam in foemina locum habent, si incestum fuerit Juris Gentium. l. 38. §. 2. ff. ad L. Jul. de adult. d. Nov. 12. c. 1. & de Auth. incest. nupt. C. de incest. & inutil. nupt. si vero Juris Civ. fuerit incestus, potest se excusare mulier ignorantia, & poenam effugere, d. l. 38. §. 2. ff. ad L. Jul. de adult. l. 57. §. 1. ff. de R. N. Gilh. c. 2. tit. 24. num. 3. Cujac. ad d. N. 12. c. 1. & in libr. Papinian. quest. 204. & seq. si autem mulier sciens incestas nuptias contraxit, non excusatur. d. l. 38. §. 7. ff. ad L. Jul. de adult. sicut nec illa, quae per adulterium incestum commisit. d. l. 8. in pr. Vigel. cap. 6. q. 12. quamvis incestus per matrimonium commissus non nunquam etiam excusari possit sexu, vel aetate, vel etiam puniendi correctione, maxime si bona fide aut errore contigerit. d. l. 38. §. 4. & 7. l. 4. C. de incest. & inutil. nupt. Vigel. c. 6. q. 12.

70. Haecenus de primo capite L. Jul. illicito coitu, superest adhuc alterum caput, Leocinium nimirum: Quod est duplex, gratuitum & quaestuarium. Gratuitum Leocinium est, 1. si quis adulterii damnatam sciens duxerit. l. 29. §. 1. ff. ad L. Jul. de adult. l. 9. C. cod. l. 37. ff. de minor. 2. Si maritus uxorem adulterii con-

R r 3

demna-

Lenocinium
Lenocinium
est duplex:
Gratuitum
& Quaestuarium.
Lenocinium
gratuitum

Q.



demnatam, vel in eo deprehensam retinuerit, vel mœchum dimiserit, ita ut ignorantiam simulare non possit. *l. 17. C. h. t. 3.* si quis domum sive propriam. *l. 8. pr. h. t.* sive alienam. *l. 9. d. t.* præbuerit, ut ibi stuprum committatur, vel saltem de eo tractetur. *d. l. 8. & 9. h. t. l. 37. ff. de min. l. 3. §. 3. ff. de accusat. 4.* si quis efficiat, ut improvidæ & simplices mulierculæ, maximè verò puellæ honestæ, pudorem suum alienis libidinibus prosternant. *Nov. 14. ubi vid. Cujac. 5.* Cuius ope & consilio factum, ut adulter sive adultera pecuniâ, aliâve pactione sese redimerent. *l. 14. in pr. ff. h. t.*

Quæstuarium Lenocinium

71. Quæstuarium lenocinium est, 1. Si quis ex adulterio uxoris quæstum facit. *l. 8. l. 29. §. 3. 4. ff. h. t.* eamq; patitur meretricio quodam genere adulterari, *d. l. 29. §. 4. Farin. q. 144. num. 81. & seqq.* vel liberos suos aut ancillas turpis quæstus causâ prostituit. *l. 6. & 7. C. de spect. lib. 11. tit. 40.* 2. Si quis alienas fœminas, dulcedine verborum & pollicitationibus invitas impellit ad hoc, ut sese aliis stuprandas exhibeant. *d. N. 14. ubi vid. Cujac. & Duaren. ad tit. ff. ad L. Iul. de adult. cap. 5. in fin. Damhoud. prax. crim. c. 91. num. 5. & 6.* 3. Si quis quæstuarium mancipia habet, *l. 4. §. ait. ff. de his qui not. infam. Farin. d. loc. n. 16. & seqq.* vel lupanaria exercet & prostibula ad luxuriam pascit, prostituit, vel mercatur. *l. 43. §. 7. 8. 9. d. R. N. d. Nov. 14. §. 1. 4.* Si quis pro comperto stupro pretium accipit, aut per transactionem accusationem remittit, sive is jam sit extraneus, sive maritus. *l. 29. §. 2. l. 33. §. ult. l. 10. §. 1. l. 2. §. 2. l. 8. ff. h. t. l. 10. l. 24. §. ult. C. eod. l. 18. C. de transact. l. 7. ff. quod metus causa. Gilh. c. 2. tit. 20. v. 2. Wel. parat. h. t. n. 14.*

Pœna Lenocinij.

72. Nulla certa pœna huic crimini est constituta, sed pro ratione delicti nonnunquam gravior, vel mitior reo infligitur. Nam I. si quis adulterii damnatam sciens uxorem ducat, vel in adulterio deprehensam retineat, eadem pœnâ quâ adulter ex L. Jul. punitur, *l. 37. §. 1. vers. sed ut ad L. Iul. ff. de min. l. 2. §. 2. l. 29. in pr. ff. d. t.* Hoc tamen jure novo mutatum videtur, quo marito uxorem adulterii convictam & damnatâ impunè in matrimoniû ex monasterio recipere licet. *Nov. 134. c. 10. (2)* Qui opem & ministerium ad committendum adulterium præbuit, pari cum adultero capitis supplicio afficitur. *Nov. 134. c. 10. pr.* quo illi, qui domum suam eum in finem

277
nem scientes præbent, referri possunt. l. 3. & seqq. ff. h. t. supra th. 78.
(3) Cum quis honestas puellas pollicitationibus, precibus & verborum lenociniis, invitas quasi producit ad vitam meretriciam, poenâ corporali plectitur, & in exilium mittitur. Nov. 14. Et is, qui ejusmodi lenonem sciens in domicilio suo patitur habitare. (4) si quis ansam det, ut honestæ puellæ pudorem suum alienis libidinibus prostituant, decem libris auri mulctatur & habitationem amittit, d. Nov. 14. (5) Si quis filiæ vel ancillæ necessitatem imponat, ut alius stuprandas sese exhibeant, non solum patriæ & dominicæ potestatis jure privatur, usumfructum inadventiis bonis amittit, atq; infamis efficitur, sed etiam in exilium mittitur, vel publicis metallis addicitur. l. 6. 7. C. de spectac. l. 12. C. de Episc. aud. Menoch. cas. 534. Nonnunquam eum ultimo supplicio afficiendum esse notat. Farinac. d. loc. n. 57. & seqq. In Constit. Crim. Carol. V. non constituitur nova poena hujus criminis: sed parentes, vel mariti filias, vel uxores suas turpis quæstus causâ prostitute, infames esse, & poenis jure constitutis affici jubentur. art. 122. vid. gl. de lenocinij poenâ ap. Duat. ad tit. ff. ad L. Iul. de adult. c. 5. in fin. Damhoud. in prax. crim. c. 91. num. 5. & 6. & c. Et tantum de hac materiâ hac vice conscribere placuit: quod ut benè vertat is, in cujus nomine auspiciam sumpsi, enixè precor.

C O R O L L A R I A.

I.

AN Imperator causas in Camera Imperiali pendentes advocare, & ad suam aulam trahere poss. Neg. Ex Jure Publ.

II.

Uter ex duobus Principis filiis ad successionem

sionem Regni admittendus sit, an qui ante Regnum adeptum, vel qui post à patre quaesitum, natus est? Affirm. pr.

III.

Ex Iure
Civili.

An repressalia sint licita? Affirm.

IV.

An beneficium L. 2. de Rescind. vendit. etiam locum habeat in permutatione? Affirm.

V.

Ex Iure
Canon:

An Clerici jurisdictionem Iudicis Laici Episcopo consentiente prorogare possint? Affirm.

VI.

An illam, quam ex SS. Baptismate quis suscepit, in uxorem ducere liceat, Iure Canonico? Neg.

VII.

Ex Iure
Feud.

An servitus in fundo feudali constitui possit in scio domino? Affirm.

VIII.

An Vasallus irrequisito domini consensu feudum hypothecare possit? Neg.

F I N I S.

TRA SSBurg, Diss., A627-23




Sl

VD 77







B.I.G.

Farbkarte #13

20
16287
201.
LXVIII

DE
PRIVATIS ET
PVBLICIS DELICTIS.


DISPVTATIO NONA.
DE ADULTERIO, STUPRO, SODOMIA,
RAPTU, INCESTU, & LENOCINIO.

QVAM
D. D. D. & D.

Præfide
Viro Clarissimo & Consultissimo,
Dn. SIGISMUNDO Glach/
J.U.D.P.P.p.t. DECANO SPECTA-
tissimo, Præceptore, & Fautore suo omnis
observantiæ cultu prosequendo.

Publica disquisitioni subicit.
JOHAN: GREGORIUS REINHARDTUS,
SCHORNDORFFENSIS.

Horis locog, solitis
Mense Decembr.



ARGENTORATI,
Excudebat PAVLVS LEDERTZ.

Anno M. DC. XXVIIH.

7-23

